PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh. Seite 89v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nouem principes militum de manasse. Qui
confugerant ad eum: dum rediret in sicelec.
Prius enim uenerant ad eum: tamen de iuda et ben
iamin. Porro: cum redissent: ad .cc. uiros
qui lassi substiterant: salutauit eos dauid
pacifice. et indignati sunt quidam qui cum eo
erant: dicentes. Sufficiat cuique uxor sua.
et filij. de preda nichil dabimus eis. et ait dauid. Non
audiet uos quisquam fratres mei in hoc sermone.
Et qua pars erit descendentis ad prelium: et
remanentis ad sarcinas. Ieronimus ait. Non
ait: qui lassi manserunt. quia lassis nichil de
bet dari de prede precio. Et factum est hoc ex die
illa et deinceps. quasi lex in israel usque ad diem
hanc. Venit igitur dauid in sicelec. et misit do
na de preda: senioribus iuda proximis suis. et
reliquis cum quibus commoratus fuerat ipse et iu
ri eius. De morte saul. et filiorum eius.

Porro: philistei pugnabant aduersus israel.
Saul autem sciens et prudens festinabat ad
mortem. et uiriliter dimicabat. Soli quippe
magnanimes: rerum terribilium sunt contemp
tores. Hec magnanimitas: maxime conueni
regibus. quos pro cumulo principatus: non solum
malos non licet esse circa subiectos: sed nec medio
criter bonos esse. Fugerunt autem filij israel a facie
philistinorum. et ceciderunt in monte gelboe. et per
cussi sunt tres filij saul. Ionathas. aminadab.
melchisua. ysboset autem domi erat. Cumque gra
uiter uulneratus esset saul: dixit ad armigerum
suum. Percute me gladio tuo. Ne forte incir
cumcisi isti illudant mihi uiuenti. et post
interficiant me. Et noluit armiger. Et irru
it saul super gladium suum. adeo enim defe
cerat: quia non potuit se transuiberare. Quod uidens
armiger suus irruit et ipse super gladium
suum. hic fuit doech ydumeus. ut aiunt he
brei. qui timuit esse superstes saulis: propter dauid.
Et mortui sunt omnes domestici saul qui erant
cum eo. Videntes autem filij israel quod transuallem
iordanis erant stragem suorum: egressi de ci
uitatibus suis fugerunt. Altera die uenientes
philistei ut spoliarent interfectos: spolia
uerunt saul armis suis. et filios eius. et precisa ca
pita eorum: cum armis miserunt in terram
suam per circuitum. ut annunciarent hoc in

templo ydolorum. et in populis. Et posuerunt arma
eius in templo astaroth. Caput uero in templo
dagon. ut in palipomenon legitur. Corpus
uero eius: et filiorum: suspenderunt in muro beth
san. quasi in occulis israel. Est enim ciuitas phi
listiim in terminis israel. Viri autem de iabis ga
laad: quos liberauerat saul ab amonitis: am
bulauerunt tota nocte. et tulerunt cadauera de
muro bethsan. et combusserunt ea igni. et sepelierunt
ossa in nemore iabes. et planxerunt eum ieiunan
tes .vii. diebus. Nota: quod in palipomenon legitur.
Mortuus est saul propter iniquitates suas. et addit:
qui in cumulum peccati. sed insuper phitonissam
consuluit. propter quod: interfecit eum dominus. huius pecca
ti magnitudinem: multi non attendunt. Et regnauit
saul uiuente samuele: x. et viii. annis. et eo
mortuo: duobus annis. Horum annos tamen sacra
scriptura non anotauit. A samuele propter incipi
unt tempora nominatorum prophetarum. sicut a saule
tempora regum in israel. In diebus istis: apud la
tinos quartus regnauit siluius eneas filius pro
cui. Alia tamen historia quartum ponit siluium
latinum. uterinum fratrem priuum. et quintum.
siluium eneam. Et tamen in actibus apostolorum dicit
his temporibus: home
rum fuisse quidam
dicit. de quo mag
na dissonancia est
apud ueteres. Era
tes ponit eum:
ante descensum
heraclidarum in pe
loponensium urbem. eristotenes: centesimo
anno a captiuitate troie. aristarcus et phi
locorus: tempore emigrationis yonice. apollodo
rus atheniensis. cc. xl. anno euersionis ylij.
Alij modico tempore ante quam olimpiades
inciperent. De planctu dd. super saul et ionatam.

Factum est post mortem saul: adolescens
fugiens de prelio uenit ad dauid in sicle
lech. et adorauit. Cumque indicasset ei prelium uic
tum: et saul cum filiis suis mortuum: ait
dauid. Unde scis quia mortuus est saul et io
nathas filius eius. Qui respondit. Vidi sa
ul incumbentem super hastam suam. et hos
tes appropinquabant ei. Cumque quesisset

Incid.

Explicit primus liber Regum.